

ram in beneficiis simplicibus, quam in curatis & Episcopalis, hæc ad nos attinent, cætera autem pensionis materia suos habet auctores, illos require in necessitatibus.

Et de pluribus aliis exceptionibus, quando locum habeant in pensionis executione, & de effectibus quasi possessionis in illius exactione, & quando rescribatur vel non rescribatur, cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) vel (sine præjudicio legitimæ executionis) & de natura, & de variis effectibus illius clausulæ, de aliis pluribus de materia judiciali in exactione pensionis, vide ultra Nicol. Garciam & Flores de Mena loco pluries citato, Marquessa. de commiss. appellatio in causa pensionis c. 14. per tot. 1. scilicet & 2. quod in duas partes dividit, 1. part. fol. 133. cum seq. & fol. 142. cum seqq. amplissimè, Marefcotum var. resol. lib. 1. c. 21. & 22.

CAPUT IV.

A secunda sententia revocatoria prioris, sive contra actorem, sive contra reum lata in iudicio sui natura privilegiata & non admittente appellationem; an ei interpositæ non deferens iudex vim faciat, & quid à prima lata contra agentem, & eandem viam privilegiatam intentantem.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata contra agentem aliqua via privilegiata, & non admittente appellationem an illam admittat quoad utrumque effectum.
- Sententia in secunda instantia lata in favorem agentis via privilegiata revocatoria prioris contra illi late, an executioni sit madata non obstante appellatione, ib.
- Sententia secunda revocatoria prima privilegiata, & jam executæ, an sit pariter executioni (altera revocata) mandata appellatione non obstante, ibid.
- 2 Sententia lata contra intentantem viam executivam remedium possessorii, & petentem alimenta & similia, appellationem admittit quoad utrumque effectum.
- 3 Sententia lata contra petentem missionem ex l. fi. de edicto D. Adr. permittit appellationem suspensivam.
- 4 Idem est in sententia negativa lata in aliis possessoriiis remediis.
- 5 Sententia lata contra actorem petentem alimenta licita est appellatio suspensiva.
- 6 Appellatio non licet, quando agitur de convertendo frumentum in usum militum & subsidium annonæ.
- 7 Sententia negativa distributionis annonæ in usum militiae admittit appellationem quoad utrumque effectum.
- 8 Sententia lata contra mulierem petentem dotem recipit suspensivam appellationem, licet lata in ejus favorem non suspendatur.
- 9 Præceptum de solvenda pensione licet non admittat appellationem, tamen ubi negatur, ipsi præceptum ad pensionem agenti, licita est quoad utrumque, quia cessat privilegium.
- 10 Sententia de non exequendo rem judicatam aut obligationem Cameralem permittit appellationem suspensivam. Licet alii contra inadvertenter & promiscue dicant, à præcepto de exequendo, & non exequendo non dari appellationem, ibid.
- 11 Ratio redditur fundamentalis, quare detur appellatio suspensiva actori intentanti actionem privilegiatam, & portanti sententiam negativam, cum affirmativa non suspendatur.
- 13 Senatus regius aditus per viam violentiæ quotidie decernit, vim facere iudicem non deferentem appella-

tioni emissa à sententia negativa lata contra agentem aliqua via privilegiata, scilicet executiva.

- 13 Dilatio decem dierum in via executiva debitori assignata, ut intra illam suas probet exceptiones, cum sit in favorem actoris limitata, potest eo desiderante prorogari.
- 14 Text. in c. fin. de mut. petitionibus interpretatur.
- 15 Appellatio prohibita in causa conventionis, an censetur prohibita in causa reconventionis.
- 16 Clausula rescripi ad lites (appellatione remota) si respicit totam causam, est communis Actori & Reo. Rescriptum ad lites est commune, & regulatur secundum jus & justitiam, ibid.
- 17 Actor & Reus non debent ad imparia judicari, nec actori licere, quod reo licitum non existat.
- 18 Aequalitas in iudicio semper est servanda.
- 19 Correlativo in uno si sit prohibita appellatio, in altero ex correlativis intelligitur prohibita.
- 20 Rescriptum quo prohibetur appellatio, pariter operatur in præjudicium actoris ex rei capite aequalitatis servanda in utroque.
- 21 Appellanti ne tradatur possessio suo adversario, pariter nec ei tradenda erit.
- 22 Causa conventionis si est tractanda summarie vigore rescripti pariter summarie tractanda est causa reconventionis.
- 23 Clausula (appellatione remota) apposita in commissione prima instantia, censetur repetita in commissione appellationis. Clausula (appellatione remota) idem operatur, quando virtualiter subintelligitur in secunda commissione, ut puta quando refertur ad aliam, à qua virtutem & potestatem recipit, ibid.
- 24 Causa quando est summaria, omnes ejus articuli etiam summarii sunt.
- 25 Clausula appellationis prohibitiva non intelligitur repetita in alia persona, quando diversitas rationis aliud specialiter judicat, quia in una ex partibus tantum favor, aut odium duntaxat viget.
- 26 Agens privilegiata via si sententiam contra se reportet, appellat suspensivè, si autem reus illam reportet, non quia in utroque diversa favoris militat ratio.
- 27 Sententia lata contra agentem via privilegiata, qui ab ea appellans revocatoriam illius obtinuit, hæc secunda revocatoria erit executioni mandanda. Exemplo comprobatur in executione instrumenti guarantee, ibid.
- 28 Executione denegata vigore brevis per subexecutorè à quo appellatur potest iudea Rota justificato cõstito brevis, illud exequi, quemadmodum poterat iudex à quo.
- 29 Sententia lata in favorem rei conventi de spolio intentato, si in causa appellationis revocetur hæc secunda sententia lata in favorem actoris, mittatur executioni non obstante appellatione.
- 30 Sententia secunda affirmativa, & revocativa prioris negative si simul lata sit declarando primam nullam, an mereatur executionem.
- 31 Iudex ad quem appellatū est in provisione Parochialis ob aliquam legitimam causam anteaquā ordinarius providerit vel tradiderit possessionem, aut tulerit sententiam, declarans bene appellatum, ac prævio concursu digniorum eligat poterit hic possessoriem vacantem tradere.
- 32 Concursu & electione Rectoris facta per ordinarium differentem possessionem aliqua justa causa, si superior de appellatione cognoscens interim revocato concursu, & electione, potest suam sententiam executioni mandare, & aliquem in possessionem mittere vocantem, non obstante appellatione.
- 33 Favor appellationis prohibita in Parochialibus non est inductus propter provisorium, sed propter Ecclesiam vacantem, & ita quocumque vadat Ecclesia vacans, replenda erit Rectorè, qui tunc provisorius reperitur.

- 34 Privilegium exequenda sententia ubi conceditur tum ratione persona, scilicet, creditoribus, alimentariis, & in possessoriiis & similibus, si prima sententia pro eis lata non fuit executæ, si interim in gradu appellationis revocetur, non potest exequi, nec etiam revocatoria ex ratione assignata.
- 35 Senatus ad quem recurritur per viam violentiæ, quotidie declarat, vim non fieri appellationi non deferendo interjectæ à secunda sententia revocatoria prioris, si ejus virtute mittatur aliquis provisorius in possessionem vacantem beneficii, & ita communiter practicaur.
- 36 Iudex appellationis in beneficio curato vacante dicitur primus iudex, & loco ordinarii subrogatus cujus jure uti licet. Ratio propter quã sententia in Parochialibus exequitur, durat in qualibet instantia, qua beneficium adhuc sit vacans, ex quo nullus deijcitur de possessione, ibid.
- 37 Sententia lata in favorem creditoris in via executiva, quando nulla præcessit executio in secunda instantia an exequatur.
- 38 Devolutio beneficii fit ad superiorem cum omni sua causa, oneribus, & qualitate requisita in sui principio.
- 39 Sententia additionis executionem desiderans nihil interest, à primo, à secundo iudice appellationi lata sit, ut exequatur.
- 40 Iudex appellationis succedit in locum prioris iudicis.
- 41 Iudex appellationis potest facere ea omnia, que poterat primus iudex.
- 42 Causa, que est summaria in prima instantia, pariter & in secunda summaria erit.
- 43 Clausula quod summarie procedatur, si fuit apposita in commissione prima instantia, tacite intelligitur repetita in commissionibus aliarum.
- 44 Sententia prima si vulneravit instrumentum guarantee, scilicet, declarans illud falsum aut usurarium, secunda revocatoria illius non meretur executionem, donec obtineat creditor tres conformes sententias.
- 45 Executiva via si semel fuit vulnerata, non signatur commissio cum clausula (sine præjudicio legitima executionis.)
- 46 Executio ubi denegata est ex eo, quod instrumentum est vulneratum, expectantur tres conformes sententia, secus ubi ex alia causa denegatur non tangente vires instrumenti.
- 47 Executio quando denegatur ob aliquam nullitatem reservato jure creditoris, consultius faciet ex integro executionem repetere, quam appellatione uti.
- 48 Appellationi à secunda sententia revocatoria prime privilegiatæ, & executioni iam tradita erit deferendum omnino. L. 4. tit. 2. lib. 4. recopil. ponderatur, ibid.
- 49 Sententia, que est reus condemnatus, nititur sententia aut instrumento habenti executionem paratam & privilegium at sententia secunda, qua actor condemnatur, illi non nititur, sed ejus privilegio repugnat.
- 50 Sententia secunda lata contra actorem revocatoria prioris executiva virtualiter est negativa executionis, quo casu etiã in prima instantia actori licet appellare.
- 51 Sententia additionis si nulla seu iniqua sit manifestè, an iudex de appellatione cognoscens queat ea neglecta, suam exequi, & quo casu.
- 52 Sententia seu iudicium ordinarii, cuius virtute ut magis idoneus electus fuit in possessione Parochialis missus, licet sit in causa appellationis revocatus, non amovetur à possessione, donec per tres sententias conformes vincatur. Et ab hac revocatoria appellationis per possessorem emissa est deferendum, ibid.
- 52 Provisas ad Parochiales per ordinarium non est à possessione avocandus, etiamsi iudex appellationis nullū & notorie injustum declarat ordinarii iudicium.
- 54 Provisio Parochialis per ordinarium si est sortita effectum, & tradita possessio, à secunda sententia illius

revocatoria emissa appellationi per possessorem esse deferendum, quotidie decernitur in Senatu Regio, vimque facere iudicem eam exequi volentem.

- 55 Res postquam semel prohibitionem evasit, semper remanet libera.
- 56 Res semel effecta alienabilis, semper remanet alienabilis.
- 57 Res semel alterata, natura semper remanet alterata.
- 58 Res que semel exiit de trunco, & de familia, non dicitur amplius esse de trunco, quominus retrahui locus sit.
- 59 Causa semel facta ordinaria, & appellabilis, semper remanet ordinaria, & appellabilis.
- 60 Executioni locus non est, nec paventia, si creditor qui potuit agere via executiva, cepit agere via ordinaria.
- 61 Sententia prima lata in curia contra possessorem beneficii sequestrum apponitur, tamen licet ipse possessor secundum pro se obtineat, non revocatur sequestrum.
- 62 Parochialis provisorio & possessionis traditio nec suspenditur per appellationem, nec possessor amovetur, donec per sententias vincatur, ubi referuntur & ponderantur verba constit. Pii V.
- 63 Stylus Curie Romanae observat, quod lata sententia super executione Brevis, instrumenti Cameralis, aut litterarum Apostolicarum, eamque exequitur, licet in Rota feratur illius revocatoria, non mandatur executioni, sed appellationi ab ea deferretur, & donec executoriales relaxentur, in omnibus supersederetur.
- 64 Sententia prima, qua executioni petite locum non fore est declaratum, & insuper actor in expensis damnatus, licet pariat appellationem, tam in expensarum respectu mittenda executioni.
- 65 Sententia pro actore in alimentis, aut via executiva lata cujus executione omisit petere, & lata est secunda sententia illius confirmatoria, poterit ejusdem petere executione non obstante appellatione, quia nec efficitur appellabilis, nec censetur ejus privilegio renutiare.
- 66 Secus è converso, quando prima pro actore lata non est executæ, secunda illius revocatoria lata est, quia tunc prima non exequitur in secunda instantia. Que doctrina fallit in Parochiali vacante, ibid. remisive & n. 33. cum seqq.
- 67 & 52 Rote decisio refertur, ut secunda sententia revocatoria prima executæ in Parochiali non sit exequenda appellatione remota. Alia summaria deducuntur ex dec. ibid. usque ad 88.

Capitulum hoc tres habet instantias. Prior an à sententia lata contra agentem aliqua privilegiata via, non permittente scilicet appellationem ipsi ut appellatio permittitur quoad utrumque; ita ei non deferens, vim iudex fecisse dicatur. Secunda, an hoc privilegio obtinente in secunda instantia appellationis sententiam in ejus favorem, & sic revocatoriam primam, an hæc ad executionem mandanda; non obstante appellatione, per adversarium ab ea interposita. Tertia & ultima sit instantia: an scilicet secunda sententia revocatoria primæ privilegiatæ, & ut talis, effectualiter executæ: an revocata priori executione, sit pariter executioni mandanda, non obstante executione ab ea emissa.

Circa primam autem instantiam illud brevibus feram: at à sententia lata contra intentantem privilegiatam aliquod remedium, puta, petentem alimenta, agentem possessorio, vel petentem executionem vigore obligationis cameralis, aut guarantee, & similia, ei sit adeo licita, & permittitur appellatio, quod si interposita iudex non deferat, vim faciet evidentem, ita probat Angel. in l. quisquis, C. quorum appell. non recip. quem sequuti sunt Jacob. à S. Georgio in l. fin. n. 36. de edicto D. Adr. tollen. ubi etiam Zuchard. nu. 433, idem etiam censuerunt Tiraquell. in tract. le mont. Suisse levif, p. 5. declarat. 6 n. 3. Petrus Duënas in suis regulis, regula 44. fall. 1.

fall. 1. Menoch. de adipiscenda poss. rem. 4. num. 876. ubi dicunt, quod etsi in remedio l. fin. D. de edicto D. Adr. lata sententia in favorem actoris petentis, se immitti in possessionem, appellatio non suspendat: tamen hoc non procedit, nec locum habet, quando contra ipsum actorem, ut scilicet, immisioni locus non foret, & in favorem rei lata est sententia, quoniam tunc ab illa per actorem licet appellare quoad utrumque effectum devolutivum & suspensivum, simul quæ opinio est Alexandri originalis, & esse stupendum, & elegans dictum, dicit Jacob. ubi proxime, qui se ita obtinuisse in praxi testatur. Sequitur Joseph Ludov. decis. 20. n. 23. Petrus Surd. tract. de aliment. tit. 8. privil. 60. n. 26. in fin. & n. 27. Lancelot. de attent. 3. part. cap. 28. n. 89. fol. 448. Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. sub nu. 649. versus fin. vers. appell. Sequitur eam post plures auctores Achil. Personat. de adipiscenda poss. nu. 343. & 344. & per Angelum sequuntur à Jacobino de Sanct. Georg. in l. quisquis in fin. C. quorum appellat. non recip. & alios etiam firmat Marefc. var. resol. lib. 2. c. 7. §. nu. fol. 136. (licet aliqui contrarium teneant) & generaliter in omnibus possessoris plurimos citat Scaccia de appell. q. 17. lim. 6. memb. 6. n. 38. & 133. idem firmantes.

5 Et facit, quod dicit Alexand. in l. fin. ff. de appell. recip. quod licet appellari non liceat à sententia, lata in favorem alimenta petentis: tamen à sententia ea denegante, & sic adversus eum, ei sit omnimodo permiffa quoad utrumque effectum. Sequitur Menoch. ubi sup. nu. 878. Petr. Surd. in tract. de alim. tit. & privileg. 60. à n. 34. & n. 35. Angel. in l. fin. sub n. 1. ff. de appell. recip. Scaccia de appell. q. 17. lim. 7. nu. 19. Casar. Contar. in l. unica lim. 17. nu. 19. C. si de mom. poss. Ruginel. tract. de appell. §. 1. c. 3. n. 68. & probatur, quoniam licet quando agit, de convertendo frumentum in usum militum, in subsidium annonæ, non permittatur appellare l. fin. ff. de app. recip. tamen à sententia negativa, qua est dictum annonam non esse distribuendam in usum militum, licita est appellatio, Scaccia ubi proxime d. q. 27. lim. 7. n. 20. Angel. in d. l. fin. sub n. 11. Contar. d. lim. 17. n. 19. Ruginel. ubi proxime nu. 70. Marquess. de commiss. 1. p. c. 18. n. 19. fol. 210. Bald. Novel. in tract. de dote 9. p. priv. 7. ad si. vers. & hoc intelligo, dum scribit, quod etsi quando mulier agit pro dote & in favorem ejus fertur sententia, non suspendatur per appellationem, quando mulier est pauper: tamen aliud esse dicendum, quando sententia esset lata adversus eandem mulierem, quia tunc appellatio ei permittitur, quem referunt Menoch. Gratianus, & Surdus supra, & de alimentis idem dicit Marches. de commiss. 1. p. c. 18. à n. 17. fol. 210.

9 Facit etiam, quia licet præcepto de solvenda pensione non admittatur suspensiva appellatio ita ut semper in commissione appellantis ab ea apponatur clausula (sine præjudicio legitimæ executionis prout supra latè diximus c. 3. præcedenti,) tamen hoc non procedit, quoties lata fuit sententia adversus pensionarium, sive pensionem petentem, quia tunc datur appellatio suspensiva & similiter denegatur clausula (sine præjudicio legitimæ executionis) quia cum sententia sit negativa, non est quid exequendum, quia cessat privilegium: ita animadvertit Marches. de commiss. appell. in causa pension. 1. p. c. 14. & 2. nu. 59. fol. 150. ubi testatur ita resoluisse Rotam in una Nucerna pensionis, &c.

10 Et probatur etiam, quia licet à mandato de exequendo, & executione non appellatur suspensivè, secundum quæ latè dixi infra 4. p. c. 1. tamen à sententia negativa, scilicet de non exequendo rem judicatam, aut obligationem Cameralem appellatio permittitur quoad utrumque effectum, gloss. 1. in l. ab executione C. quorum appell. non recip. & ibidem Bart. sup. nu. 1. Salicet. sub nu. 2. & 3. Scaccia de appell. q. 17. lim. 10. n. 20. & lim. 9. n. 50. ubi vocat rem claram, & sine controversia, Ruginel. tit. de appell. §. 2. c. 3. num. 157. Carrocus exceptione 44. sub

n. 73. qui plures citat. Marquess. de commiss. 1. part. c. 16 n. 19. fol. 196. in 2. impressione, & Scaccia d. lim. 9. n. 58. vers. his non obstantibus, dicit receptam in praxi hanc opinionem, quoniam in hoc casu militat ratio differentia, & ita communiter practicatur, licet aliqui inadvertebant contrarium dicant, promiscuè firmantes, à præcepto de exequendo, aut non exequendo denegari appellationem, prout est Bald. in d. l. ab executione sub n. 4. & ex Antonio de Butrio tenet Bald. Novell. tract. de dote p. 6. privil. 2. in fin. tom. 9. fol. 193.

Rationem autem omnes ejus doctrinæ reddunt; etenim ratio illa unica, & finalis prohibitiva appellationis à sententia affirmativa, illeque favor & privilegium actionis intentatæ ab actore, & ejus favore inductum, cessat, minimeque viget, nec concurrunt in sententia negativa: ut purè in alimentis datis, ideo non admittitur appellatio, ne interim fame pereat actor, & in possessorio adipiscendæ illa celeritas mittendi hæredem iusta ratione inducta, & à lege considerata non militat in reo impugnante hanc missionem in cujus favorem sententia negativa lata est, & sic appellationis prohibitio non procedit à pari in utroque casu, actore scilicet, & reo, quæ ratione comprobatur infra n. 26. & à n. 75. cum seqq. Imò si non admitteretur appellatio, alimentatio purè, seu adipiscenda utenti nunquam missio locum, nec effectum fortiretur, & inducta ad unum finem, contrarium effectum operaretur, contra l. quod in favorem, C. de legib. & quod in favorem est alicujus non debet in ejus odium retorqueri, cum cessante ratione legis ejus, cesset dispositio, l. quod d. ff. de pactis l. adigere §. quamvis. ff. de jure patr. l. cum pater §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. 1. §. hujus rei. ff. de off. ejus cui mandata est jurisdictio. c. cum cessante, de appell. & contrariorum eadem est dispositio, si in utroque eadem militat ratio, ut latè per Everard. in locis legalib. in loco à contrariis. & tandem appellatio censetur permiffa, ubi expressè non prohibetur, gl. in l. qui resti. ff. de rei vind. cum vulgatis, maxime cum nec ratio prohibitionis hoc inducat, & ita ab opinione Alex. nec in judicando, nec in consulendo, recedendum esse firmat Menoch. ubi sup. nu. 877. adversus Bart. in l. 2. nu. 5. ff. de appell. rec. Abb. & Castrenf. rem hanc conditionaliter absolventes, & ita quotidie practicamus in supremis prætoris, adhibitis per hanc viam violentiæ, & ut clarum ac cognitum tonforibus, vim fieri ab Ecclesiastico giudice negante delationem, simili appellationi, quidquid in contrarium & cum Bart. dixerit Contar. in repetitione l. unic. C. si de mom. poss. lim. 17. n. 2. & 4. & Puteus dec. 316. lib. 2.

Et his apparet, ut dilatio decem dierum data à lege Regia debitori, ut intra illam suas legitimas exceptiones oppositas adversus instrumentum guarentigium, & ejus executionem prober, ita limitata ad illum brevem terminum; ne versutiis debitores diem trahant, solutionemque procrastinentur: ut possit dicta dilatio prorogari desiderante creditore, juxta regulam d. l. quod in favorem, C. de leg. l. nulla. ff. eod. tit. l. 3. §. due cause, ff. de Carboni. edicto. & ita per Monterosum validis ad id adductis rationibus firmat Parlad. lib. 2. rerum quotidian. c. fin. 5. p. §. 10. n. 13.

Et ex his venit interpretandus, & intelligendus text. aliàs difficilis in cap. 2. (qui est finalis) de mutuis petitio. ubi in hæc dicitur: Sanè consuluisti nos, utrum cum causa appellatione remota committitur, & reus coram eodem giudice actorem reconveniret, & actor super reconventionem appellationis obstaculum interponit: an sit hujusmodi appellationi deferendum. Nos verò ita sentimus, quod cum actoris, & rei eadem sit conditio: & uno eodemque jure circa appellationis medium debeat uterque censer; sicut desiderat actor, ut sibi juxta mandatoris rescriptum justitia appellatione remota: eodem modo reconvenienti abella sua justitia respondere, &c. Quo apparet appellationem prohibitam in causa conventionis, censer, etiam

etiam prohibitam in causa reconventionis, secundum gl. 1. i. ubi Abb. & omnes Philip. Franc. in c. pastoralis n. 6. de app. Magon. in dec. Lucen. 52. n. 15. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 8. n. 53. latè prosequitur Giurba dec. 3. per tot. 1. p. Casar. Contar. in l. unica limit. 17. num. 5. C. si de mom. poss. ut intelligatur quando ipsa clausula prohibitiva respicit totam causam, & est generalis, ut scilicet in causa, & negotio procedatur appellatione remota. Et quia cum rescriptum ad lites sit commune, & regulatur secundum jus, & justitiam, ideo quod quisque juris in alium statuit, eodemmet uti debet, l. 1. ff. quod quisque juris, nec debet actor, & reus ad imparia judicari, l. fin. C. de fruct. & litium expens. & non debet actori licere quod reo licitum non existat, l. non debet 41. ff. de reg. jur. c. non licet 31. eod. tit. l. 6. quia in judiciis semper est servanda æqualitas, l. fin. C. de procur. c. statutum §. insuper de rescript. in 6. c. in jud. 22. & ibi per Dinam, & alios de reg. jur. l. 6. Aimon. conf. 133. nu. 7. & seqq. lib. 1. & quia prohibita appellatio in uno ex correlatis, censetur prohibita etiam in altero, Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 230. Magon. dec. Lucen. 58. in causa Vincentii nu. 8.

19 Et hinc est, ut si quis impetraverit rescriptum, per quod removetur appellatio, eadem appellationis remotio etiam intelligitur, tam in præjudicium ipsius impetrantis, quam ipsius adversarii ex hoc capite æqualitatis servandæ, optimè Fel. in rubr. de rescript. nu. 2. post princ. Bald. in c. 1. n. 21. de rescript. Contar. in repetit. l. unic. C. si de mom. poss. fruct. limit. 7. n. 9. & 10. ubi in proposito adducit Surd. de alim. tit. 8. priv. 60. n. 32. quod pertinet, quod quando quis appellat, ne tardatur possessio adversario suo, nec ipsi appellanti tradenda est. Achill. de Grass. dec. 18. n. 2. sub tit. de appell.

22 Cujus etiam est farina, ut si actor obtinuit per rescriptum, ut causa de sua natura plenaria, agitur summarie, erit idem si in eodem judicio impetrans reconveniat, ut adversario; namque pariter in reconventionem summarie agendum est, gl. in clem. sepe in verb. volue. it. de verb. signif. sequitur Domin. in c. 1. col. 2. de dolo, & contumacia lib. 6. Abb. in d. c. fin. col. 2. de mutuis petit. ubi etiam Fel. & in rubr. de rescript. sub nu. 2. qui utroque loco multa de æqualitate inter reum & actorem servanda, conduxit exempla.

23 Quod etiam pertinet, ut clausula (appellatione remota) posita in prima commissione tacite intelligatur repetita etiam in secunda commissione, data vigore appellationis, & prout habebat commissio primæ instantiæ, ut post Anton. de Butr. in c. pacto, de off. deleg. & Bald. in l. si actor. C. de appell. eleganter considerat Amilian. in conf. 68. in causa appellans, n. 7. Lanc. Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 8. n. 7. ubi dicit, idem esse dicendum, quando virtualiter hæc clausula intelligitur in secunda commissione; puta, quando refertur ad aliam cujus vis, virtus, & potestas, censentur in secundum translati, ac propterea dicta clausula appellatione remota, apposita in rescripto ab uno impetrato, in causa conventionis, reperita censetur in causa reconventionis, quia est clausula realis comprehendens totam causam, & negotium, quemadmodum aliàs solemus dicere, quod quando causa est summaria, omnes ejus articuli summarii sunt, ut & nos latius variis in locis diximus.

25 Tamen hæc clausula appellationis prohibitiva, imò & omnia dicta & cumulata non procedunt, nec locum habent, quando odium, aut favor specialiter in una ex partibus dumtaxat degat, & vigeat, diversitasque rationis aliud specialitatis inducat, ut eleganter dicit Bald. in c. 1. in fin. de rescript. Abb. Panor. in d. c. fin. n. 2. de mutuis petit. ubi etiam Felin. & per eundem Abb. ita illum, in d. c. 2. de mutuis petit. interpretatur Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 4. part. §. 10. sub numero 16. idem videtur sentire Surd. in tract. de alimen. tit. 8. privil. 60. num. 33. & supra, & quidem optimè idem Felin.

in rubr. de rescript. à n. 1. & præsertim n. 2. ad finem, & nullo citato idem respondet Scaccia de appell. q. 17. lim. 9. sub n. 58. vers. his non obstantibus, & limit. 7. n. 26. & 27. & sic in nostro casu, cum favor vigeat, & consideretur à jure in actore agente privilegiata via, nihil mirum, ut ad imparia judicetur reus, qui simili via non agit privilegiata. Hanc etiam considerationem facit in terminis Rotæ decis. adductæ infra n. 67. videnda à n. 75. cum seqq.

Circa secundum autem instantiam nostri præsentis capituli; an scilicet lata sententiæ in prima instantia contra agentem privilegiata via, qui appellans in secunda instantia obtinuit aliam revocatoriam, & sic in ejus favorem, an sit executioni mandata ista secunda sententia, non obstante appellatione, per adversarium ab ea interposita, quam brevibus absolvere libet; nempe, vim non fieri, appellationi ab ea interpositæ non deferens: ex eo, quod in terminis dicit Parla. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5. p. §. 15. nu. 8. affirmans, quod si judex, apud quem executio vigore instrumenti guarentigiatæ postulata est; pronuntiavit; additioni, & executioni locum non fore, & à tali sententia actor appellavit, & judex appellationis rescissa prima sententia executioni locum esse, declaravit, à qua itidem pro parte rei executati fuit appellatum, ut non obstante hujusmodi appellatione ipse judex, qui secundam protulit sententiam, executioni locum fore, dixit: eam potest ad debitam executionem perducere, pro quo etiam facit quod dicit Puteus decis. 426. lib. 2. ubi testatur, tentum fuisse in Rota, quod judex, ad quem causa appellationis super denegatione executionis juxta formam statuti urbis, potuit executivè, procedere juxta formam ejusdem statuti, prout etiam quando appellari contingit à denegatione executionis, vigore brevis, & causa in Rota committitur: potest judex Rotæ justificato confitito brevis illud exequi, quemadmodum poterit judex à quo, Rota dec. 19. num. 3. de re judicata in novissim. dictumque fuisse in una Hispanen. fructuum 15. Martii anni 1596. coram Lita, testatur Gonzal. in regula de mensib. & alternativis gloss. 6. n. 241.

Rursus facit, quod dicimus de spolio intentato, ut quamvis super eo sequatur sententia absolutoria in favorem rei, si tamen in causa appellationis illa sententia revocetur, & fuerit mandatum restitui ea bona, de quibus est actum, tamen non obstante prima sententia, erit locus executioni secundæ, nec admittetur appellatio ab ea interjecta, Puteus dec. 480. lib. 2. quem referens sequitur Gratian. in discept. foren. tom. 1. c. 103. n. 14. cum seqq. hanc eandem sententiam tenet in terminis Aguidinæ Chifenenf. dec. 51. aliàs 49. Caputaquenf. dec. 227. lib. 1. in manuscriptis, bene Marefcotus var. resol. lib. 2. c. 7. §. sub n. 13. vers. sed hoc in loco sequitur, & à n. 14. qui in possessorio modo limitat; pura quando secunda sententia affirmativa simul declarat, primam nullam esse: quia tunc propter mixturam datur appellatio suspensiva, non tamen quando simpliciter lata est super rei restitutione, quam limitationem modò non examino.

Facit etiam, quod eleganter dicit ipse Hieron. Gonzal. ibi n. 22. cum seqq. quod si ordinarius primus judex in provisione Parochialis non elegit, nec sententiam protulit, nec aliquem ex oppositoribus in possessionem immisit juxta Trident. decretum, eo puta quoniam antequam ad id pervenerit, ab aliquo fuit appellatum ob aliquod legitimum gravamen, suspendens hoc casu ejus jurisdictionem; ut puta super exceptione incompetentiæ, & declinatoriæ, vel in ordinatione processus, & aliis (à quibus posse ante diffinitivam appellari hoc casu diximus 2. p. in cap. 6. ubi multa congesimus à num. 53. cum pluribus seqq. quæ hic pro repetitis habe,) & Metropolitanus, seu judex appellationis declarans bene appellatum, retinuit causam principalem